



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Liber I. Amor Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



# LIBER I. CONSERVATIO I.

AMOR DEI,

*Amor Seraphicus.*

**S**chola Sancti Amoris est aperta in caelo, ubi velut Magistri praesident Seraphini caelestes, exemplo suo docentes modum amandi Deum: & omnes quidem sub magisterio magnae Matris Altissimi.

*Seraphim stabant, volabant, & clamabant. (Isa. 6.)* Seraphim lectorem verborum. *Stabant*, fixi & immoti in conspectu Dei. *Volabant*, alis Sancti amoris amabant Deum, quem admirabantur. *Et clamabant*, laudando Deum, quem amabant.

Collatera ulterius, quomodo stabant, volabant, clamabant. *Stabant super illud*, elevati supra omnem creaturam, altissimam estimatione Dei, & humillimam creaturatum. *Volabant & velabant*: amabant, sed non propria confusione; quia nihil, aut parum comparabant & amabant praeter illo, ut cognosceret & amaretur ac potest. *Et clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus*; quia de omnibus perfectionibus suis laudandus est, praecipue vero de Sanctitate, quam nos vult imitari.

▲ Hae

LIBER I

LIBER



Hæc est lectio Seraphica, quæ traditur in cælis discenda, & exercenda in terra. *Stabis* defixus in motu, non rerum hujus mundi prætereuntem, sed eternarum, Deum æstimando ut bonam infinitum, non verò omnia, quasi nihilum. *Volabu*, amando locum amabilem, sed velatus propriâ cognitione tuorum peccatorumque tuorum. *Clamabu*, extollens tuas virtutes excellentias; supra omnes autem Sancti DEI: quam & imitari studebis ex divino oraculo. *Estote Sancti, quia ego Sanctus sum.* (Levit. 19. 2. 11.) imò sanctissimus. Ubi non intelligas æqualem sed similitudinem. Et hæc sufficiant pro primæ cognitione amoris Seraphici: transeamus ad propriam ipsius.

## CONSIDERATIO II

### AMOR DEI.

#### *Amor semper mobilis.*

PRIMA proprietas amoris Seraphici est, quod *semper mobilis.* (S. Dion. cæl. hier. c. 7.) Quia amant illi beati Spiritus, ac sunt in perpetuo motu vini amoris. Cæli semper moventur circa centrum terræ; & Seraphini semper ardent circa centrum cælestes in terram: & ex amore continuo Seraphinorum, nobis gratiæ divinæ mittuntur. O Seraphini semper amantes, nunquam lassamini! Non est fatigatio ubi cum amore conjuncta semper est admiratio, & fiderium semper accensum est.

Sed vide, quare semper in motu sint: quia *super illud.* Qui semper est supra, & extra creaturam semper est intra creatorem: quia nihil est melius quam quidquid non est DEUS, est res dependens a DEO. Foras igitur, foras, extra creaturas, & puritatorum Doctorum, & vos ipsos invenietur in DEO.



teretea *semper mobiles, quia semper volabant, & volant.* In via corporali, qui velatus incedit, non cadit: Sed in motu animæ, qui velatus est in confusione, videt, ac securus incedit; quia lux, qui lux est, humilibus infunditur, & communicatur. Discite ergo volare & velare, & semper volantem amore Divino, semper esse velati velo peccatorum vestitum. Ita fac, ô Magistra Seraphinorum, gloriosa Regina, ut cor meum semper sit mobile amore tui, & tui tui. *Semper ardeat cor meum, in amando Christum Deum.* (S. Bern.)

CONSIDERATIO III.

AMOR DEI,

*Amor ferventissimus.*

Quædam proprietas, Fervor est. Amor Seraphinorum non tantum est continuus, ac semper mobilis, sed etiam intensissimus, & ferventissimus. O fervor amoris, ubi es? Vellem eum habere, sed impedit corpus, impedit obscuritas cognitionis, impedit fontes peccati, impediunt quotidiani defectus. Tunc aliqua facultas operatur ferventer, cum operatur *maximum & summum, quod potest.* (S. Thom.) Quis potest operari, quantum est in viribus ejus, inter impedimenta? Nilominus non cessabo te amare, mi Deus: & quod defuerit actui, supplebo desiderio, optando ut amor meus accendatur eo fervore, quo te amant Seraphini in celo; & cum eo tibi offero meum amorem, dicendo: Desidero, mi Amor, totus unum, absorberi, transformari in te, sicut materia cum forma sua, corpus cum anima, & omne perfectibile cum suo perferre. Desidero mente liberatâ mole corporis hujus, illustratâ claritate Dei, videre sempiternam pulchritudinem tuam. Desidero, ut omnes homines, purgati ab omni labe culpæ, semper dent gloriam suo Creatori.

ST  
R  
E  
T



Desidero semper in omnibus rebus solum beatorum voluntatis divinæ. Cupio denique omnia bonis Deo meo, interna per complacentiam, externa per desiderium.

## CONSIDERATIO IV

AMOR DEI,

*Amor suavissimus.*

**T**ertia proprietas est Dulcedo, & suavitas Angelicæ Seraphicæ: quoniam non aliud est Amor, nisi desiderium dulcedinis, Sapor suavitatis fructus dilectionis, & quanto magis amatur Deus, tanto plura gustatur de sua divina dulcedine. O dulcedo, dulcedo, quam parum æstimata, & multo minus cognita mundo! & tamen una stilla tua superat mare salinum illius.

Audite rem miram, sed veram. Date mihi cor mundum, abundans omnibus deliciis mundi: & interrogate illud. Satisne habeat, an plus desideret citationis terrenæ. Protinus dicit, *Affer, affer, dum satis est mihi, adhuc plura desidero.* Facite ut in idipsum cor, in gratia Dei repositum, solum stilla defluat à cælo consolationis divinæ: & rursus interrogate, an aliquid præterea terrenæ civitatis desideret. Confestim dicit, *Habeo, Deus est in corde meo, quid aliud in mundo expetere?* Et tamen unica solum stilla fuit, gutta cælestis dulcedinis. Quid erit ergo, *minus impetus, & torrens voluptatis Divinæ, ebriam animam nostram, ebriam Divino amore?*





## CONSIDERATIO V.

## AMOR DEI,

*Amor profundissimus.*

Amor Dei dicitur *Acutus*, *penetrabilis*, quæ est  
 quarta proprietas ejus, quæ incommensurabiliter penetrat infinitas  
 perfectiones DEI. Quia cognitio, quam habent  
 homines de DEO, est nominata experimentalis: gustant  
 enim suavitatem suavis ac dulcis in seipso sit DEUS. Sicut is,  
 qui hanc experimentalem cognitionem mellis, gu-  
 stat, multo melius id cognoscit, quam qui non  
 gustat, nec gustat. *Gustate & videte, quam suavis  
 est Dominus.* (Ysa. 33.) hoc est, desideratis perfecte  
 cognoscere, quam suavis sit Dominus? procurate,  
 ut gustetis, & gustetis ejus dulcedinem. Hæc est  
 sapientia cœlestis, scientia sapida, cognitio & frui-

tiæ. *Quære mihi, Domine, tuum divinum gaudium,  
 tuam consolationem cœlestem, tuam purissimam  
 caritatem: ut gustando te amplius, te etiam magis  
 diligam; ac dum voluntate delector tuis deliciis,  
 intellectu melius penetrem tuam Bonitatem.*

Hanc unionem, & mirabilem conjunctionem ha-  
 bent inter se cognitio, & consolatio Dei. Cognitio  
 est principium consolationis, & consolatio perficit  
 cognitionem. O quam divina exercitatio, digna  
 est spiritibus, de cognitione Dei transire ad amorem,  
 ad amorem ad gaudium, & à gaudio de novo ad cognitio-  
 nem reverti; ut cognitione crescente crescat  
 in nobis per ipsam, & amor, &  
 gaudium!



## CONSIDERATIO VI

AMOR DEI,

*Amor attractivus.*

**S**Ursus ductivus: est quinta & ultima proprietas Amoris Seraphici, & significat, quod habet Spiritus inferiores trahendi ad se vi sui caloris. Sol, communicando cum terra suum calorem, ad se vapores: ita illi beati Spiritus, communicando nobis cœlestem calorem divini Amoris, trahunt & ad DEUM corda nostra. Et hinc Seraphim, *Accensi* & *Accendentes* vocantur. Ardent in se nobis: accensi in se, accendunt nos. Beatus, qui repugnat huic igni cœlesti, sed sinit se accendi, & sumi a tam beata flamma. Moritur miser, & beatus: moritur terra, & resurgit cœlum: moritur ipsi, & resurgit DEO.

O Seraphini cœlestes, carbones accensi in igne nate Cordis divini, vivæ flammæ, aptæ ad calefaciendos pectora congelata: Vivite felices in sacro ardore vestri amoris: & facite ut vestri ignis reflexio illuminet intelligentias nostras, purget & immutet corda & affectus nostros.

Heu quam miserè pondus corporis nostri nos trahit! confortate spiritum nostrum, ne accendatur, sed vivat. Facite Paranymphe cœlestes *Spiritus vester duplex in nobis sit*: (4. Reg. 2.) *Spiritus intus, & externus*: Spiritus spirans ad proximum nostrum: & Spiritus spirans ad proximum nostrum: & cœlestium consolatorum cum Deo, & sanctorum cum hominibus: ut etiam in hoc digni sumaturati vos, *Spiritus accensi, & Spiritus accendentes.*



## CONSIDERATIO VII.

## AMOR DEI,

*Finis nostra creationis.*

Anima creata ad imaginem DEI, participat Esse  
 A DEI. Unde, si DEUS vivit amore, operatur  
 amore, & beatus est amore sui ipsius, eadem ratio est  
 anime, & vita eius aliud esse non debet, quàm amor:  
 quare DEUM, operetur amore DEI, & ejus amore solo  
 se censeat. O anima, cogita, quid sis: quod  
 tuum esse? *Amare*, quis tuus finis? *Amare*, quæ  
 tu beatitudo? *Amare*. Si amas, es: si non amas,  
 non es. Amando DEUM tuum, in DEO es omnia:  
 non amando DEUM tuum, extra DEUM es merissimum

Et si finis anime est amor, etiam facultatum ejus  
 finis est idem amor. Finis corporis, amor: finis  
 sensuum, amor. Si quid intellectu cognoscat, amor  
 debet esse finis: si voluntate quid amplectatur, Amo-  
 re ut faciat: si quid videat, sentiat, Amore videat,  
 sentiat. Si passibus corporis aliquo se conferat, actus  
 corporis sint comites. Denique Sigillum cordis sit A-  
 mor, nihil ut intret amori contrarium, Amori, dico  
 casto & puro. Cœlestis Amor DEI possideat semper  
 cor tuum, possideat animam tuam, possideat corpus  
 tuum: omnis tui motus, & affectus, solus

Sanctus Amor sit principium,  
 & finis.



A 5 CON-



## CONSIDERATIO VIII.

AMOR DEI.

*Amor Bonitatis increatae.*

**V**eri Amoris objectum est infinita Bonitas Dei non attributa solum, sed etiam substantialis, quae complectitur omnem perfectionem Dei, est incommensurabilis, ac personalem. (S. Thom. 1. 2. q. 2. a. 2.) Quia anima, capax Dei, non potest saturari, quae sit minus, quam Deus. (S. Aug. S. Bern.) Quae si communicatio, quam Deus animae facit, esse saturata, & cum aliqua reservatione, & si, ex utroque tribuitis, unum solum beatis occultaret in caelis, scilicet sciantur, nec satis eorum desiderio fieret. Sed scirent aliquid sibi deesse. Tanta capacitas est animae, ut appetat summum Bonum, absque ulla diminutione, atque defectu. Ex quo manifestum est, quod mundani aberrant a via, qui volunt inveniunt eam, & quare saturari bonis creatis. *Occupati saturari non possunt.* (S. Bern.)

Aperite oculos, o mundani, & videte, si potestis. Objectum vestri amoris non est bonum creatum, finitum, & momentaneum; sed bonum increatum, infinitum, aeternum. Ergo, si amatis pacem & quietem, si cupitis esse beati, haec est via: *extra mundum, & extra carnem fieri.* (S. Bernardus.) Exiite extra creaturas, etiam extra seipsum, aliam supra caelos, fieri superiorem stellis, transiite creatum, iungi Bono increato, summo, & immutabili, ubi, tanquam in proprio, eritis cordis, invenietis pacem & quietem, eritis felices & beati.



## CONSIDERATIO IX.

## AMOR DEI.

*Amor pulchritudinis æternæ.*

Amoris nostri objectum est etiam æterna Dei pulchritudo. Quia *Amor est boni, & pulchri desiderium* (S. Dion.) Spiritualis pulchritudo Dei, ad conceptum corporeæ, conceptus consistit in tribus: *magnitudine, proportione, & claritate.* Primo in *magnitudine*; quia Deus est perfectissimus, & completissimus in seipso; nihilque deest ipsi, quod vero conveniat. Secundo in *proportione*; quia omnia attributa summè inter se proportionata sunt, & conformia. Tertio in *claritate*, quia non solum habet in se infinitum splendorem & claritatem, sed et ipsum lumen, ipsa lux per essentiam. Hæc est pulchritudo Dei pulchritudo increata, pulchritudo fontana, pulchritudo principium & finis alterius pulchritudinis. Istam contemplantur sancti hæc admirantur, hæc delectantur & anni, ac seculi, præ vehementia gaudij, videntur eis dies, & momenta.

Tibi, o pulchritudo Dei, confecto cor meum, per te regna, in te regnet, ad te suspiret & anhelet. *Specie tuâ, & pulchritudine tuâ intende: prosperè procede, & regna.* (Psal. 44.) Tuâ fortitudine liga me, cape me in præsepium tuum, tu sola habeas in me totale & absolute Dominium. Tibi reddat cor meum semper, & in omni loco, humile ac devotum obsequium vehementis Amoris.

CON-



## CONSIDERATIO X.

AMOR DEI,

*Amor infinitæ dulcedinis.*

Pertinet ad objectum Sancti Amoris divina dulcedo.  
Unde ab Hugone vocatur *Dulcedo amoris*: Sic  
vice versa noster amor vocatur *Amor dulcedinis*:  
non est aliud, quam voluntas, ac desiderium  
suavitatis ac dulcedinis. Quanta sit vis divina  
raris, testantur pœnitentiæ Confessorum, Martyrum,  
solitudines Eremitarum, carceres Pœnitentium:  
quandoquidem omnes intrepidi & inextinguibili  
severabant in pariendo, deliriosi & animati gustu  
sapore æternæ dulcedinis. Imò contemnunt  
tiones terrenas, cum cœlestes delibant; qui  
in harum comparatione, sunt amaritudines, quod  
dines.

Percurre terram, & si aliqua in ea invenieris, quæ  
quid sapiant, noveris guttulas esse, ac stillas decurrere  
à fonte divino æternæ dulcedinis: Gustandas  
non seorsim, sed ut fonti conjunctas, & cum sua  
Separatæ afferunt mortem, unitæ vitam, & sanant  
omnis boni. Hæc est Sapientia vera, haurire  
sed in suo fonte: gustare mel, sed in suo favo: gaudere  
aturis, sed in Creatore. *Si quæru, quare: sed non*  
(S. Aug.) Non tibi prohibetur gaudere bonis temporariis,  
libus, sed observa, ubi? Gaude illi non in se, sed in  
& propter DEUM. *Quod factum est; in ipso*  
Quidquid creatum est, vita est: Sed in ipso, vita  
Ita humanæ dulcedines fiunt divinæ, ac temporariæ  
evadunt æternæ: & sic invenit in eis Sanctus  
Amor proprium objectum, Divinæ  
dulcedinis.



## CONSIDERATIO XI.

AMOR DEI,

*Amor Actuosus.*

Quis poterit capere, quantum contineat hoc verum Amo: Videlicet, Amo uniri me DEO: amo unire DEUM: amo, quod DEUS sit DEUS: amo voluntate DEI: amo gloriam DEI: amo excellentias DEI: amo participationem DEI. Septem his actibus corda nostra participata amori, DEO explicant sua desideria, quantum cupiant in terra, quantum sperent in caelo, quantum petant à DEO.

Loquere ergo, cor meum: dic, quod sit desiderium meum: quousque te efferas. Vulneravit me Amor, deus quidem qui satis estimari non potest, totus desiderabile, totus desiderium. (Cant. 5.) Hinc aliud desidero, quam unire me ipsi, & per fidem in hac vita, & per claram visionem in altera. Aliud non desidero: nihil est, cui nihil desit. Aliud non volo, quam Divinam eius voluntatem, & ut ei cœtatim homines in terra, & sancti in caelo, semper deat honorem, & gloriam. Omnis mea cogitatio alio non spectat, aliud non estimat, quam summum Bonum supra omnia bona. Neque hic sisto: transeo à DEO in DEUM, amando in DEO: quia diligo proximum meum, ut magnum DEI, ut filium DEI.

## CONSIDERATIO XII.

AMOR DEI,

*Amor Unionis.*

Cupio me unire cum DEO. Ecce primus partus Unionis. Divine Primogenite, qualis est indoles tua? Unire



Uoire me cum sine meo. Amat oculus lucem, uisus sonum: sic ego amo Deum meum. Et si rationem huius, en eam in promptu. Obiectum amoris non est tantum bonum, sed bonum conueniens bonum possessum. Ideo non solum cupio meum, sed unionem cum Deo, Deum unitum: hoc possessum.

Habet porro hęc Unio tres condiciones. Est enim quia dat vitam animę: est *supernaturalis*, quia vita divina: est *beata*, quia anima sic unita non querit aliam, quod cupiat; est *abunde satiata*, ut amplius desiderate non possit.

Sed altius erigamus cogitationes: ascendamus in cœlum, & queramus ex Apostolo, qualis sit illius Responsio digna tali sapientiã, doctrina digna talis scientiæ. Est, inquit, Unio tam stricta & perfecta, ut etiam dicatur: Nam qui adheret Deo, unus Spiritus est. (1. Cor. 6.) Non sunt duo Spiritus uniti, sed Spiritus tantum cum Deo. Gratiis tibi, Prædicator veritatis, hoc est ipsissimum, quod querebam, fieri unum Deo meo. Amo uniti, amo unionem, amo unitum. Hoc est totum, quod desidero: non sit aliud me quam Deus; totum sit Deus; vel Deus per essentiam, vel Deus per participationem: vel Deus per gratiam, vel Deus per gratiam.

## CONSIDERATIO XII

AMOR DEI,

*Amor Desiderij.*

Veniunt simul in Scholam Amoris. *Amor desiderij.* Qui amat, desiderat: & qui desiderat, credit. O Fides Dei, o Visio clara Dei! illa sit in usu, hæc in desiderio: illa est meritum, hæc præmium: illa est terminus, illa mediũ, hæc finis. *Credis, ut visis; id, quod credis. Post tenebras spero lucem.* Sed et post obliuiscitatem fidei, claritatem visionis beate.



del quibus intrabit in sanctuarium tuum, ad consideran-  
 potentias tuas, nisi tu aperias? (S. August. serm.)  
 tua potentia intrare in Sancta Sanctorum ad conspicien-  
 dum magnitudinem tuam, nisi tu ipsemet adjuves, &  
 portam vitæ aperias? Surge Domine, propera, & veni,  
 ut elucem me de isto carcere, ad confitendum nomini tuo.  
 ut goremur in lumine tuo. Noli morari Domine:  
 ecce anima mea captiva in carcere corporis huius: po-  
 tentia brachio libera illam, ac trahere ad te. O fons vita,  
 fons aquarum viventium, quando veniam, ut satiem ex  
 misericordia tua sitim meam? Sitio, Domine: fons  
 caritatis, iacta me. Putasne videbo diem illum, diem, in-  
 quam iucunditatis & letitiae: diem, quam fecit Dominus,  
 ut letemur, & laetemur in ea?

## CONSIDERATIO XIV.

## AMOR DEI.

*Amor Complacentiæ.*

Clamans gaudet bonis amici, filius Patris, & servus  
 fidelis Domini sui; etiam anima gaudere debet  
 magnitudine Dei sui. O quis mihi det, Deus meus,  
 ut in te mihi complacem; quantum deberem, & vel-  
 lem. Placet mihi, quod sis, ille quies, & quod aliud  
 esse non possis, quæmes: quia in te est idem posse, & esse:  
 in te solo quidquid esse potest, hoc est.

Gaudeo, quod sis infinitus, æternus, & immensus  
 in omnibus tuis perfectionibus: quia omnes sunt in  
 summo gradu, semper & in omni loco. Infinitus,  
 æternus, & immensus es in tua Potentia: infinitus,  
 æternus, & immensus in tua Sapientia: infinitus, æter-  
 nus, & immensus in tua Bonitate: & sic in omnibus aliis  
 perfectionibus.

Si tua magnitudo est infinita: debet etiam compla-  
 centia, & gaudium meum in te esse infinitum. Gaudeo  
 quod de gaudio tuo, gaudio infinito, júbilo æterno,  
 gaudio sumens.

Rogo



Rogo te, Domine, per infinitam Bonitatem tuam  
ut totum cor meum sit semper in te: non amplius  
posthac mihi complaceam, nisi in te: solum te a facie  
suspiciam, & adorem, & æterna bona tua, cum  
contemptu omnis creati.

## CONSIDERATIO XV.

AMOR DEI,

*Amor conformans.*

SI queratur ubinam inveniendus sit Amor, in  
Deo domicilium ejus esse Voluntatem Amorem  
habitat, ibi quiescit, ibi semper moratur cum  
pace & quiete. Habitatio cordis nostri non est  
quàm Cor DEI. In hac unione cordium est  
perfectio.

Quando poterit obliquitas mea tua rectitudine  
quari? ait S. Augustinus. Quando cor nostrum  
inordinatum, ac perturbatum, poterit conformari  
aptari cum corde DEI, rectissimo & perfectissimo  
& Cor DEI, mare dulcedinum, Sanctuarium  
perfectonis, summa rectitudo, regula actionum  
rum! In te est cor meum, ad te aspirat  
ad te solum suspirat desiderium meum. O cor  
prima origo, & incentivum Amoris!

Movetur Cor DEI, & semper quidem duobus  
bus amorosis. Amat se, & nos etiam propter  
hoc vellem conformari cor meum cum Cor DEI.  
Scribe in illo, DEUS MEUS, hæc duo vocantur  
DEVM & propter DEVM: nempe, ut  
aliud, quàm DEVM. Totus amor meus est  
AMO DEVM, & creaturas propter DEVM.

Sanctus Amor, Amor conformitatis, conformans  
cor nostrum cum Corde & Amore  
DEI.



## CONSIDERATIO XVI:

AMOR DEI,

*Amor gloria DEI.*

Unam tantum rem peto, Domine, unam desidero:  
 Gloriam tuam, honorem tuum; ut ab omnibus  
 semper cognoscaris, amaris, honoreris, lau-  
 deris, adoreris; id quod in oratione tua nos docuisti;  
*quod nomen tuum.* Quod non est aliud, quam  
 honorificeris, & æstimeris ab omnibus pro eo, quod es  
 summum & infinitum, immensum & æternum.

Gloria tua, ô mi Deus, sit semper materia cogita-  
 tionum mearum, scopus desideriorum meorum, finis  
 studiorum meorum. Gloria tua sit tota mea consolatio,  
 gaudium, jubilus, & exultatio animæ meæ.

O Gloria, quæ est vera gloria causa omnis alterius  
 gloriæ. *Exultant Sancti in gloria*, hoc est in te: quia  
 te cognoscunt, tantum te amant: tantum  
 te adorant, ac de te. Et hæc est gloria illorum, Gau-  
 dium, Videri, Amare, summam Bonitatem tuam, in-  
 finitam Pulchritudinem tuam, æternam Majestatem  
 tuam, ô Deus meus, meum unicuique & summum Bonum.  
 Tibi soli debetur gloria, omnis gloria, infinita & æter-  
 na.

## CONSIDERATIO XVII:

AMOR DEI,

*Amor appetitativus.*

Quis det mihi, Deus meus, æstimare te, si non quan-  
 tum ipse mereris, certe quantum ego possum ac de-  
 betur tibi sequitur valorem: tanti æstimatur bonum,  
 B  
 quan-



quantum valet. O DEUS, ô magne DEUS, quæ  
est valor tuus? quæ mensura magnitudinis cogitatio?  
inæstimabilis, ineffabilis, incomprehensibilis, Tu  
comprehendis teipsum, tu solus sublimitatem  
tuæ cognoscis.

O Dignitas infinita! tibi soli debetur infinitum  
tium & æstimatio. Amo te ergo DEUS meus,  
mando te semper super omnia, super omnem crea-  
ram cœlestem, terrenam, atque corpoream. Prae-  
fero modo præceptum & ordinationem tuam, &  
iam voluntatem ac beneplacitum tuum, omni obedi-  
tioni & voluntati creaturæ.

Anima mea desiderat in seipsa pacem, & quietem  
Sed *prefero voluntatem tuam*. Cuperem esse in  
sortio sanctorum, in Societate Angelorum, & in  
vitam superhumanam, & Angelicam: Sed  
*voluntatem tuam*. Vellem in beata gloria  
Divinâ tuâ præsentia: Sed & in hoc *prefero*  
*satem tuam*. Contentus sum privari omni  
pro bono, ut semper fiat beneplacitum tuum, & in  
sua voluntas tua.

## CONSIDERATIO XVIII

AMOR DEI,

*Amor extra DEVM exten-  
ditur.*

DESIDERO amare DEUM meum omni  
possum. Amo eum intra, & extra se: amo  
Potentia, amo in operibus: amo Creatorem  
creaturas illius. Agnosco in eis radium Lucis  
Participationem Esse Divini, effigiem Causæ  
Divinitas Dei mei, cum immensa luce extendit  
omnia, replet omnia: dat Esse, Viram, & Materiam  
in omnibus rebus.

Unde cum veritate dici potest, ipsum solum  
in mundo: Solus enim continet omne Esse, & omnia



vel *del Deum, vel Dei; Deum, vel à Deo; Deus, vel  
propter Deum.* Amo ergo Deum meum, & proximum  
cum Deo; in Deo, & propter Deum. Amo  
proximum, non ut aliquid humanum, sed Divinum:  
quia amo amore divinitatis; in quantum est imago Dei  
Dei, & amatus à Deo.

O Amorem Divinum! per omnia expenditur, in  
omnibus invenitur, sive in amando DEUM, sive in  
amando creaturas; quia quod amat, semper Deus est,  
& amor semper Divinus. O gratum nuncium cordi  
amati! Non est alius amor, quam Amor DEI: aliud  
non debet amari, quam DEUS. Non distrahatur amor  
à re illa, quæ Deus non sit; DEUS amans & amatus:  
est semper amans, & semper amatus; amatus, & in seipso;  
& in suis operibus.

## CONSIDERATIO XIX.

## AMOR DEI,

*Amor unius.*

Prima conditio veri amantis est, *amare unum tan-*  
*tum, & contemnere omnia pro eo.* Amor unitatis,  
tanquam solitudinis: *tendit ad unum, quiescit in uno, ope-*  
*ratur propter unum.* Quia est unum bonum quod est  
omne bonum; continet omnia bona, & causa est omnia  
bonorum.

Ecce viam vitæ, à multis ad unum: quando à creatu-  
ris, per motum amoris affurgitur ad Creatorem. Ecce  
viam mortis, ab uno ad multa: quando, DEO dimisso,  
curritur corde ad opera DEI.

O diversitas viarum! *Si adhærebis superiori, concu-*  
*laberis inferiora: si recedes à superiore, ista tibi in supplicium*  
*convertentur,* ait August. Psal. 45. Si affectus fuerit  
ad Deo, dominaberis omnibus rebus infra DEUM: Sed  
si amor sit in creaturis, hæc servient justitiæ divinæ,  
& cruciabunt te in inferno tormentis

ate: nis.

B \*

CON-



## CONSIDERATIO XX.

AMOR DEI,

*Amor felicissimus.*

SEcunda conditio amantis est, *infelicem putari*  
*qui non est cum amato.* Quia non estimat  
 felicitatem, quam esse & agere cum amato. Unde  
 felicem reputat eum, qui degit procul ab illo. Inter  
 terrores Amorem, quisnam sit felix dicendus, non  
 debet liberè; Qui vivit in DEO. Et quis infelix  
 extra DEUM est.

O cœlestis doctrina, imprimenda cordibus nostris.  
 Poteris ex ea agnoscere, quando sis felix, quando  
 infelix. Felix, in præsentia DEI, infelix, in  
 livione DEI: Felix agendo cum DEO in oratione  
 infelix, sine cogitatione DEI, vagando per seculum  
 mundi: Felix in sancto & puro amore DEI, infelix  
 amore mundi: felix in Cruce, & patiendo pro DEO  
 infelix in hoxiis oblectationibus sensuum: & utitur  
 uno verbo dicantur, felix eris, si in omnibus, quæ  
 cies, DEUM habebis pro fine; infelix, si aliam  
 habebis, mundum, sensum, terram.

O miseri mundani, putatis vos esse felices! Sed  
 quam nimium infelices! Quæ vos dementia est?  
 Quis dedit vobis Esse? quis creavit animas vestras?  
 vestra caro, sensus vester? mundus, diabolus? Mundus  
 Deus creavit, & DEUS solus. Solus ergo Deus  
 qui dedit Esse, potest dare bene Esse, potest facere  
 ces, facere beatos. Facessat ergo vanitas, regnet  
 gaudet, & gaudebunt amici  
 DEI.



## XXI. CONSIDERATIO XXI.

## AMOR DEI,

*Amor patiens omnia.*

Patens conditio, *Omnia pati, ut cum illo sit, etiam*  
*mortem.* Ab efficaci intentione finis dependet  
 electio mediorum. Desiderium efficacis amo-  
 ris DEUM non vult aliud, quam DEUM; non  
 aliud, quam DEUM: in solo DEO totum im-  
 pium est, & quasi sepulchrum eius. Ut ergo jun-  
 gatur hinc, ut gaudeat DEO tuo, non aestimat vitam,  
 sed timet mortem. Pro ludo habet omnia tormenta  
 huius. Paratus est omnia pati, ut cum illo sit,  
 etiam mortem.

Jam intelligo, quare amanti seruo DEI, Francisco,  
 venerit Seraphinus in Cruce, & Amor crucifixus ei  
 dicitur; Quid petis Franciscus? Amorem. Ecce me-  
 us Amor Crucifixus. Et sic mansit vulneratus, ac simul in flam-  
 mas amore Divino.

O Amor! pretium tuum est dolor. O Amor,  
 tu dulcis, ac totus amarus! totus dulcis deside-  
 rium tuum, totus amarus gustui sensus. Quia,  
 tu ignis celestis, grassaris ardendo, & comburendo  
 quicquid terrenum, & humanum est. In Cruce  
 Christus amorem nobis promeruit, cum cruce  
 nos veniemus in possessionem  
 illius.





## CONSIDERATIO XXII

AMOR DEI,

*Amor se ornans.*

**Q**uarta conditio, *ornare se, ut illi placeat.* Anima, flagrans amore DEI, fieri semper pulchra seipsa, non in suis oculis, sed dilecti sui, ut illi placeat, debet, & à quo accipit ornamenta pulchritudinis.

O quis mihi det, quidquid pulchrum & desiderabile est in Natura, quidquid cœleste ac divinum in gratia? Quis mihi det æquare amore Seraphinos? assequi cognitione Cherubinos? gaudere pace Thronos? Quis det Dominium æquale Dominationibus, firmamenta miracula Virtutem, terrere Dæmones instar potentissimum! Quis det mihi cor tam amplum & spiritum, ut intra se complectatur totum mundum, ut simul Angelis Archangelis, Principatibus, toti confiteamur, lo, feliciter illum perducamus in cœlum?

Totum hoc vellem. & multo plus quam dicam, & unice, *ut illi placeam*, ut illum oblectem, ut placeam beneplacitum ejus: ut grata fiat Sponsi dilectissimo Sponso suo. Si dilectus meus mihi totus locus est in meum bonum; & ego illi intenta sum parte beneplacitum ejus.

## CONSIDERATIO XXIII

AMOR DEI,

*Amor præsens DEO.*

**Q**uinta conditio, *esse cum illo quomodo potest, si non re, saltem cogitatione.* Proprium est Amorem quærere semper præsentiam amati: amor tenet præsentiam: quando realem non potest, tenet



quæ est. O cognitio DEI, bella imago DEI! Gau-  
 nguendo Deum, quia habes præsentem DEUM.  
 Tu es res carior imagini, quàm suum exemplar.  
 Tu delectatur, quando perfecta est. Leva mentem  
 ad Deum, ad tuum Prototypum, ad cœlum, & contem-  
 plando fines perfecta.

Præter hanc imaginem internam, est alia extra DEUM.  
 Illa est, excitata internam. Aspice creaturas,  
 quæ sunt in illis: cum una advespera, cum al-  
 tera devescit. *Qui fecit hac pulchra, pulchrior: qui fecit hac  
 sancta, sanctior est.*

O pulchrum florem! sed quid facies illo flore, qui est  
 in DEI, *Flos Virginis*, natus in sinu DEI, renatus in  
 gremio Virginis? Hic est flos paradisi, temper recens,  
 nunquam marcescens. Odorem habet vitæ æternæ;  
 & sicut solus efficere beatos.

## CONSIDERATIO XXIV.

### AMOR DEI.

#### *Amor Univerforum.*

Esta conditio, amare omnia, quæ ad eum pertinent;  
 domos omnes, domos, vestes, imagines: Non habet  
 terminum verus Amor DEI: amat interna DEI,  
 amat externa: amat Deum, & quidquid est DEI: amat  
 Deum in seipso, amat in creaturis. Amat proximum,  
 amat vicum Dei: Mundum, ut templum Dei: ju-  
 stitias illas pompas cœli, ac terræ, ut varias vestes, &  
 ornamenta Dei; & omnes creaturas, ut specula &  
 ædificia DEI.

O quàm magnus est Deus! Magnitudo quæ con-  
 tinet omnia. Quidquid est, vel Deus, vel Dei est. Ta-  
 men oportet esse nostrum amorem, amorem universa-  
 lem, amorem illimitatum. Ama DEUM, & opera DEI:  
 semper intra Deum, nunquam extra Deum. *Si intra  
 Deum currimus, ubi curramus, intra Deum a-  
 mamus, quidquid amamus.* (S. Gregor.)



Vis nosse vitam Sanctorum, exemplarium cœlestium  
ra? Aspiciunt, quæcunque eis occurrunt, non  
terrenas, sed ut divinas, dicendo: Venio à Deo,  
revertor ad Deum, & sum in Deo. Beata vita  
Divina, non avertere oculos à Deo, sed semper  
Deum, in Esse primo, & in derivato à Deo.

## CONSIDERATIO XXV

### AMOR DEI,

#### *Amor laudis DEI.*

SEptima conditio, cupere laudos amati, non  
S aliquam ejus ignominiam. Dulcissimus cibus  
tis est laudare. Amamus Deum? Laudamus  
manifestamus, & declaramus ejus perfectio-  
excellencias. In laudibus humanis vincit eloqui-  
in laudibus divinis omnis eloquentia, omnis  
tio succumbit, & vincitur.

Laudate quantum potestis, adhuc supervalent  
pate omnia superlativa mundi; adhuc super-  
Quid dicitis? DEUS est potentissimus? Adhuc  
valebis, superpotentissimus, supersapientissimus,  
sanctissimus. Confitemini Domino, quoniam  
quoniam in seculum misericordia ejus. Invocant  
ad laudem Dei: homines, Angelos & Sanctos  
laudent Deum. Sed quâ ratione? Quoniam  
Bonus per essentiam, bonus per independen-  
bonus per continentiam universalem omnium  
turarum.

O Bonitas infinita, quis poterit te dignè laudare?  
Laudet te pro me accensus chorus Seraphinorum  
Laudet te pro me purissimum Cor sanctissimum  
Laudet te pro me Anima Divina dilectissima

Denique laudet te pro me ipsa Divinitas tua  
ô æterna laus & infi-  
nita.







## CONSERVATIO XXVII


AMOR DEI,

*Amor desiderium anima.*

**N**ona conditio, *semper languere, semper ardere*  
*desiderio*: Sentire languorem Spiritus, & la-  
 quum cordis, præ desiderio ardenter ei amari.  
 gatus S. Petrus, cur semper fletet, respondit: *Dilectio*  
*Domini*. Loquuntur oculi pro lingua. Obcur-  
 cendium Divini Amoris, qui accendit tantum desiderium.  
 Dicat anima mea Dilecto meo JESU; Desidero totum  
 omnia: desidero, quod est unum, & omnia: eorum  
 quod est unum in omnibus.

Desiderent alij, quod volunt: ego aliud eorum  
 ro, quam JESUM, qui est unum, & omnia, quod est  
 unum in omnibus. O quam multi sunt in mundo, qui  
 toti in desiderio auri? Sed ego aliud aurum  
 sidero, quam JESUM: Unum, & omnia, quod est  
 omnibus. Idolum Voluptatis quam multi auro  
 in mundo? illi in sacrificium offerunt omnia sua  
 Sed ego sacrifico, & offero totum desiderium  
 unum tantum JESU, qui est unum, & omnia, quod est  
 maibus, æquivalens omnibus.

O desideratus cunctis gentibus! o desideratus  
 hominum, desiderium Angelorum, desiderium  
 phinorum, desiderium Sanctissimæ Mariæ  
 tissimum, desiderium DEI! Veni, & per  
 corde meo omne aliud desiderium,  
 ut ardeat semper sancto tui  
 amore.





## CONSIDERATIO

XXVIII.

AMOR DEI.

*Amor sine quæstu.*

Decima & ultima, *servire illi, nihil cogitando de premio, aut mercede.* Amor non aspicit præmium, quia ipse Amor est præmium, neque aliud desiderat extra se. *Amar, quia amat, & aliud curat.* Amar, quia amat, non ex timore: amat, quia amat, non ex aliqua spe. *Amo amorem, amo amare, & amari.* Neque aliud volo, quam purum amorem, sanctum, divinum amorem, amorem sine mercede. Quia ipse est sibi præmium, ipse finis, ipse merces, ipse in se continet omne bonum, quia est Amor summus.

Amor sine quæstu, qui totus ipse es quæstus! *Amar, qui nihil habes proprium, & es totus proprius! Amar, qui non spectas teipsum, & amantem teipso facis.* Ah mi Jezu unice, pure & summe amor animarum! Torum est verum. Invenit se in te, inveniendū invenit se: amando te, amat se: & quanto purius desiderat, tanto beatior te facit.

Sancti mundi, qui tantopere amatis vos ipsos, vel, ut melius dicam, desideratis amare vos, sed non amatis vos. Vetus amor vestri ipsorum est amor Dei. Amate Deum, & amabitis vos ipsos in Deo: Amate Deum, & eritis beati in Deo, felices in Deo, pleni infinito gaudio in Deo, & in ipsa æternitate Dei.



CON



## CONSIDERATIO XXIX

AMOR DEI,

*Amor imperatus à DEO.*

Quis auderet, ô Domine, aspirare ad tuam  
 rem, si tu Bonitas infinita, non hoc iussisset  
 Jubes, ut ego te amem, cum comminatione  
 mali maximi, culpæ & pœnz. Quis hoc crederet  
 Faber, qui accendit ignem inferni, non est  
 quàm Amor. *Flatus Domini*, Spiritus Dei, Amor  
*succendit eum*. Isa. 30. 32. ipse dat vires huic flammæ  
 & excitat eam.

O incendium incendij! incendium supplicij  
 ortum ex amoris incendio! Accendit illud ignem  
 ut accendat corda nostra alio igne sui amoris. O  
 rosa inventio! Qui amplius potuit facere? Non  
 cit velle, parùm est rogare, adjungit mandatum, im-  
 plet præmio, finit supplicio. Et hic est illud. *Non  
 ultra*. Quia compellit omne cor, quantumvis  
 & obstinatum: credit enim, accerto credit ignem  
 esse, & ignem quidem æternum.

Non ergo tantum vis, Domine; sed etiam  
 cipis, obligas, compellis amare te. Da, quod  
 Ego non possum id à meipso; da tu, quod  
 Ecce autem responsum; *Impossibilia non  
 aut dat, ut possis; aut ut ores, ut possis.* (S. Aug.)  
 Jam intelligo, Domine. Vis, anima mea, quod  
 Ora, & ama. Quantum proficies in orando  
 tantum procedes in aman-

do.





## CONSIDERATIO XXX.

## AMOR DEI,

*Amor sine reservatione.*

Ma. *Et totus ama*, ait S. Chrysologus. Da totū illi, a  
 Quototum accepisti. Offer te in holocaustum, noli  
 dare partem Dei. *Dividatur*, non Dei verbum est,  
 sed Diaboli. Ita decet, anima mea. Deus totus est  
 meus: & ego volo esse totus ipseus. Deus totum se  
 mihi donat, nihil reservando pro se: & ego totum ei  
 dare me debeo, nihil reservando pro me. *Amor totus*,  
 & *totalis*. Tota anima cum omnibus facultatibus suis,  
 totus intellectus, tota memoria, tota voluntas, to-  
 tum corpus, omnes sensus, totum cor Deo: quidquid  
 humanum est transformandum in divinum. *Amor unus*,  
 & *inextinguibilis*: sine conjunctione alterius amoris, qui  
 non sit absorptus amore Divino.  
 Flumen intrans in mare, absorbetur in mari, & non  
 manet amplius flumen, sed videtur esse mare. Eundem  
 modum amor creaturarum, intrans in Deum, quia  
 non propter Deum, non manet amor creaturarum, sed  
 transformatur in divinum.

*Amor purus & totalis*. Actui puro convenit amor  
 purus. Actus purus totum habet intra se, nihil foris ex-  
 spectat: & amor purus satiatur seipso, non admittit  
 alium amorem. Actus durus habet totum in actu: *posse*  
 & *non esse*. Et amor purus non expectat quando possit  
 amare, actu semper amat, quantum potest, ac debet  
 amare. Concludo. Volo amare Deum meum tam  
 puro amore, ac si aliud nihil esset, quam Deus,  
 & Ego: Deus, ut ametur; Ego ut  
 amem.

CON-



# CONSIDERATIO XXXI.

AMOR DEI,

*Amor Vita Anima.*

**V**era vita tres perfectiones requirit: *Esse, Operari.* *Esse* accipit ab anima, posse a natura, *operari* ab actione. Idipsum cernere est in Vita supernaturali, quam accipit à sacro *Esse* supernaturale, ac divinum est à Gratia, *Operatio* supernaturalis, à Caritate, *Operatio* actualis à more Divino. Hæc est Vita Divina Animæ, multo perfectior. Pluris igitur estimanda, *exercenda*: debetque hæc esse norma illius Intellectus, sed illustratus à sacra Fide: Imperpetuitas, sed à sancto Amore directa. Sic vivet *non sine divina, sed simul cum divina.*

Exemplo sit Christus Dominus noster. *Operari* eius actiones non erant humanæ tantum, sed simul ac divinæ; Theandricæ, ut vocantur. Quia eadem operatio oriebatur ab Anima, Persona, ac Natura divina, quæ erant in Christo. *Operari* deest ad hoc concursus divinus: quia *Operari* formâ, & potentiâ naturali, Deus habet concursum naturalem ad cooperandum: in Gratia, & supernaturalis potentiæ, ut Caritas, & aliæ Virtutes, naturales potentiæ, ut Caritas, & aliæ Virtutes, tantum habet supernaturalem concursum, ad *Operari* cum illis.

Ergo defectus in nobis est, quod oriemur in *Operari* defectore: Ideo caremus tantis meritõrum, quos adipisceremur usu Vitæ illius. Vivamus *Operari* vitam, vitam divinam sancti Amoris, *Operari* perfecte vivi non tantum in habitu, sed *Operari* iam in actu.



## CONSIDERATIO

XXXII.

AMOR DEI.

*Amor Vita DEI.*

Amor Dei non est solum vita animæ in Deo, sed etiam Vita ipsius DEI, *ex affectu*. Quia amando Deum; cupio Deo suum Esse: & si hæc voluntas fuerit efficax, daret re ipsa Deo Esse. Hinc inter omnes virtutes, ut S. Bernardus docet, solus amor potest aliquo modo reddere Deo æquivalens. Unde si Deus amando me, donat mihi seipsum; & ego amando Deum, dono Deo seipsum. Sed ipius donum in effectu est, nostrum in effectu.

Hinc, sicut Amor Dei est maximum donum, maximum bonum, maxima gloria, quæ Deo potest exhiberi: quia in affectu datur Deo; datur tantum, quantum est Deus: ita ex opposito Odium Dei, quod consistit in peccato, & offensa Dei, est maximum malum, maxima injuria, maximum damnum, quod Deo potest inferri! Quia peccatum in affectu non est aliud, quam peremptio, mors, & annihilatio Dei: tollit eorum rationem Ultimi Finis, quæ est propria Deo, & constituit eum in creaturis.

Quantum ergo Deum amabis, tantum oderis peccatum, & offensam Dei. Odium, & Amor, regnent semper in corde tuo: Odium peccati, & Amor amoris Dei, quod est amare Vitam Dei, & odisse mortem Dei. Hæc etiam id notes, quemadmodum bono Dei conatum est nostrum; quia si quæras, & ames vitam Dei, & amabis etiam propriam vitam animæ tuæ: sciam, cum peccatum sit quasi mors Dei, cum illo conjunctam esse offensam, & veram mortem

animæ tuæ.

CON.



## CONSIDERATIO XXXIII

AMOR DEI,

*Desiderium DEI.*

**E**A vis est Amoris, ut elevet hominem ad veram  
amicitiam DEI. Ad perfectam amicitiam requiritur  
perfecta unio, non intentionalis tantum per  
scilicet, & voluntatem, sed etiam realis per præsentiam  
quâ gaudet amicus amico præsentem. Quia  
est maxima conjunctio, quæ potest esse inter amicum  
Non sufficit igitur unio voluntatum, sed requiritur  
personarum præsentium.

Unde Christianus in hac vita, ut sit verus  
DEI, debet habere alteram unionem in terra  
alteram in desiderio: debet exercere se in mentali  
sentia DEI, sed desiderare realem. Una est mensura  
veniendi ad alteram, & scala ad alteram. Si habes  
Deum præsentem per Fidem, habebis etiam præsentem  
per Gloriam. O Sancta & Divina amicitia  
Deum, & hominem, quæ incipit in Gratiâ, consummatur  
in Gloria!

Hic parumper examina te ipsum, & considera  
modo colas hanc amicitiam Dei! qualem præsentem  
exercitas totâ die, Dei, an mundi? cum quo  
conjungaris, cum Christo, an cum hominibus?  
habeas præsentiam Dei mentalem, quomodo  
affectus erga realem? quomodo eam desideres, quomodo  
lo; *Desiderium habens dissolvi; Et esse cum Christo.*  
Si potes, gratias âge Largitori donorum; quomodo  
donum ipsius: Si non potes, neque hoc expecta  
teipso, postula, quia hoc est magnum donum  
& verum signum perfectæ ami-  
citiæ.



# CONSIDERATIO XXXIV.

AMOR DEI,

*Adoptio filiorum.*

Adoptio, & præcipuus effectus Amoris Divini est, fieri filios Dei adoptivos: quod fit 1. per infusionem gratiæ: quia *Caritas DEI diffusa est in omnes nostris.* 2. per communicationem Naturæ: quia per Gratiam efficiuntur *divina consortes Naturæ.* 3. per dationem Spiritus Sancti *qui datus est per Gratiam.* 4. per inhabitationem SS. Trinitatis. *in manum apud eum facimus.* 5. per adoptionem gratiæ: per quam adoptio divina acquiritur ultimam suam perfectionem.

Hæc filiatio DEI est summa dignitas Christiani: quia non est adoptio solum & filiatio externa existimata, sed realis, & interna, cum infusione gratiæ, & communicatione Naturæ divinæ. Unde etiam divinum, Christus & homo justus, conveniunt in communicatione ejusdem Naturæ, quamvis modo diverso. Verbum accipitur eam per generationem, Christus per unionem substantialem, anima iusti per unionem accidentalem gratiæ.

ergo mediante amore, summus veri filij Dei, quod ait Apostolus, *Imitatores DEI estote, sicut filij carissimi.* Debemus ostendere nos filios, & imitationem Patris nostri Dei. Et in quo? *Ambrosio dilectione:* vivite in exercitatione sancti Amoris, ut Philosophi dicunt, eadem est causa producens, & conservans. Si amor est causa dignitatis hujus in anima, idem conservabit eam, & ad ultimam perfectionem perducet.

C

CON-



## CONSIDERATIO XXXV

AMOR DEI,

*Vitale deliquium.*

**O** Dulce, & optabile deliquium, quod mortuum es mortis, sed vitæ: non es mortale deliquium, sed vitale: non es defectio Naturæ, sed abundantia & redundatio Gratiæ! *Concupiscit, & deficit anima mea in atriâ Domini.* Crescit desiderium cordis, & affectus erga terram.

Nec tamen sum contentus deliquio amoris: est etiam deliquium doloris, in pœnitentiâ, & contritione peccatorum meorum. *O utinam te nunquam contempserim!* Amor, tui boni Deus meus, exhilarat, & in malo tuo contristat.

Neque ista deliquia mihi sunt satis. Velle vitæ meæ esse in deliquio: in deliquio mundi, deliquio carnis, deliquio voluptatum, deliquio sensuum, deliquio honoris, famæ, desiderii creaturarum contentum: ut solum summum Bonum, solum increatum Bonum, solum infinitum Bonum, cum continuo amoris ardore regnaret in meo corde. Quidquid pulchri & boni in mundo, fallax est, obnoxium est defectum in deliquio. Ergo sursum corda. Tantum æreæ præparati sunt veri cibi, qui possint satiare animam meam.

## CONSIDERATIO XXXVI

AMOR DEI,

*Amor aut pati, aut mori.*

**F**ulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. (*Cant. 2.*) Si mihi negatur Mori, concedatur. Dum non morior, fulcite me floribus: recedat, & corroborate me floribus dolorum. Fulcite me etiam floribus, & stipate me malis. Circumdante fructibus Crucis, diversorum cruciatuum.

Aut pati aut mori. Amor non aliud desiderat, quam videre rem amatam. Sed si hoc non datur, supplet patientiam.



XXV. aut mori. Donec videt in Cruce dilectum suum,  
aut Bonum, non potest aliud in hac vita desiderare,  
in Cruce.

aut pati, aut mori. Dulce pati, quia est via ad mor-  
tem, dulcis dolor, quia est refrigerium amoris. Aut  
aut mori. Aut pati, quod est mors longa: aut mori,  
quod est passio brevis.

## CONSIDERATIO XXXVII.

### AMOR DEI,

#### *Amor crucifixus.*

Alvares, & Magister noster, ante suam discessam,  
præscribere lectionem Caritatis divinæ: & ele-  
gisse Cathedra Crucem, pro charta suam Carnem,  
pro calamo Sanguinem, pro calamo Clavos: &  
tantam duo hæc verba, *Amor crucifixus*. Vis ama-  
re deos pati: quia non est amor sine dolore. Et si do-  
loris continui, hæc est ipsissimus effectus amoris,  
& separare amorem nostrum concretum, &  
continuum cum bono proprio. Hæc separatio  
hæc sola est, quæ absterret, quo minus aggrediaris  
amorem divini sicut oportet.

XXV. Interroget ergo se quilibet, ubinam sit, an sit in Cruce,  
aut in legat sua desideria, suas cupiditates, suos affectus.  
extinguere, & abiicit venenum amoris DEI, qui  
amorem proprium, est bonum signum: radius divini amoris,  
Caritas divinæ Caritatis incipit operari in corde suo.

Consideremus discipulum eruditum in hac Schola  
amoris, S. Paulum. Volebat mundo notum, fa-  
cere, quod non haberet alium amorem, quam Christi,  
aut aliam vitam, quam Domini Jesu. Hujus rei  
factus agebat: *Christo confixus sum Cruci: vivo  
non ego; vivit vero in me Christus.* (Gal. 2.)  
Christo, & Christus in me: ecce signum hujus  
amoris *sum Cruci*. O crux amoris! Verum est ergo,  
quod si amor sine cruce, non sit amor sine dolore.



# CONSIDERATIO C

## XXXVIII.

AMOR DEI,

*Necessarius ad salutem.*

**T**Am necessarius est Amor Dei ad salutem, ut summæ necessitatis, in qua DEUS ipse displicere non potest: Unde sicut DEUS facere non potest, ut homo sine anima rationali; ita etiam facere non potest, ut amicus Dei, filius Dei (in quo consistit nostra salus) sit absque amore Dei, sit absque caritate. Quare, si anima mea, salvari sine caritate, casus est indisplicens, res est impossibilis, est mera imaginatio & chimæra. Quia in Amore Dei, & in sua sancta Gratia consistit essentia nostræ salutis.

Vides, quanta sit excellentia caritatis divine ipsa, & solum in ipsa DEUS collocavit omne bonum nostrum, totam salvationem, totam beatitudinem nostram. Vis salvari? ama. Vis esse amicus Dei? ama. Desideras esse filius Altissimi? ama. Speras eternam in cælo? ama.

O si aliud non cogitaremus, quam amare? O si esset præcipuum nostrum negotium! O si clausi forent ad alia omnia, & sola voluntas esset ac prompta ad amandum! O si anima posset accipere alas Seraphinorum, ut semper voleret, ascendere ad Deum! O qualis vita hæc foret! quam beata, quam quam divina! Det hoc ille, qui potest, propriam gloriam suam, & sui sancti

Amoris.





# CONSIDERATIO XXXIX.

AMOR DEI,

*Amor Purus.*

Ma anima gloriam DEI, non solum ut bonum sibi,  
sed etiam ut bonum DEI. Gaudet beatus in coc-  
lesti gloria propria, sed in quantum est gloria DEI. Et  
quanto plus gaudetur ea, tanquam gloria DEI, tanto plus  
prestatur ea, tanquam propria. *Quia non sine premio  
quodam, qui sine premio intuitu est diligendus,* ait S. Ber-  
nardus. Non debemus amare Deum (sive premio): sed  
quanto magis amatur Deus; & non pro premio, tanto  
magis crescit premium.

O Amor pure! O Amor solitarie! Quanto magis es  
solus, tanto magis associaris: quanto magis te spoli-  
as, tanto magis ea vestiris: & quanto magis per-  
sequeris premium in Deo, tanto magis ibi te reperis. Et hæc  
est ratio, quare amans, quo magis exit à seipso, eo magis  
appropinquat in Deum: & quo plus dat, eo plus recipit.  
Nam Deus illi se magis communicat, qui purius, & sine  
qualitate, se ipsi conjungit.

Ergo Deus ad amorem purum invitatur: vult amari,  
sed ipse nos amat. Amat sine usura, non suo com-  
modo, sed nostro. Debet anima similiter amare  
Deum propter Deum, & non propter id, quod sperat  
à Deo: amare Deum pro Deo, non pro donis Dei.  
Et cogitatio, ut is, qui est summum bonum, sit  
ultimus finis amandi: ut amemus propter amorem,  
non ut amemus, & non ob aliam finem amoris:  
hoc solo contenti sumus, hoc sit loco omnis mer-  
cedis. Ego vilissima creatura, amo  
seruice Deo meo sine  
premio.

C 3 CON-



# CONSIDERATIO XL.

AMOR DEI,

*Amor perfectissimus.*

**P**erfectio actus desumitur ab objecto. Cum **D**eus sit perfectissimus, etiam summam perfectionem amandus est. Sed quid dicam, Deus meus; quomodo excludor ego à tui amore? Ah Domine, noli impedire amorem, quo te amo, sed quo desidero te amare cum omni perfectione, quam possum.

Omni contentione, quem elicio, cupio, etiam omni contentione, quam possit; ex toto corde, et tota anima, ex tota mente, ex tota fortitudine, & ex omni viribus. 2. cum omni extensione: quia desidero te amare, non solum per annos, sed etiam per seculum, in æternum. 3. Cum infinita repetitione; quoties facio, quot verba profero, quoties spiro & suspirio pro totidem actibus amoris id offero. 4. In facilius, ne amoris ardentissimi summorum è Seraphinis amoris, quo magna Dei Mater amat; amoris, quo genitus tuus te amat.

5. Denique desidero, amore amoris huiusmodi proferre mille vitas, sustinere omnia Martyria, et eundem amorem sustinuerunt, sustinent, et sustinebunt omnes Sancti tui. Hoc est meum desiderium hoc specto, cum amo. Iterum peto superius unicum Bonum meum, ne velis attendere desiderium sed donantis affectum. Amo te, Deus meus, sed plus amare desidero, & modo perfectissimo.





CONSIDERATIO  
XLI.

AMOR DEI,

*Amicitia cum DEO.*

Amicitia duorum consistit in tribus. 1. in mutuo amore, ut amet uterque, & reamet. 2. in mutua benevolentia; ut uterque gaudeat bonis, doleat malis alterius. 3. in mutua communicatione honorum, non exteriorum tantum, sed etiam interiorum, secretorum cordis, cogitationum, & affectuum. Hæc tres conditiones inveniuntur inter Deum & animam. Ita igitur est inter eos amicitia, & supernaturalis; ita est cum DEO, ut Autore Gratiæ, & objecto Fidei, ita via, & utcum objecto Visionis, ac fruitionis in æterno. Ergo Deus est meus amicus. O bonum in æstimatione! O fortunam felicissimam!

Quo magis thesauro habetur, invenisse verum amicum, juxta illud, *Qui invenit amicum, invenit thesaurum.* Quis igitur quid erit habere Deum pro amico? Ah evigila, anima mea, & perpende hanc veritatem. Deus est tuus amicus: ergo Deus te amat. Deus est tuus amicus: ergo Deus tuum bonum, & removet mala. Deus est tuus amicus: ergo divitiæ Dei tuæ sunt. Verum est, verum est. Quis Laetiori pro tanta gratia.

Amicus debet esse tantum unus, *non ex millibus.* Non facio protinus omnem alium amicum, renuovo omnibus. Valete amici mundi. Amicus meus solus Deus. *IESUM* solam volo pro amico, amicum amantissimum, amicum potentissimum, amicum fidelissimum.





## CONSIDERATIO XLII.

AMOR DEI,

*Amor Nectar celeste.*

**A**D suavissimum nectar divini amoris invitatus Christus dicendo: *Bibite, & inebriamini* (Cant. s.) O felicissima invitatio! Intelligo, Deum tuum desiderium: non solum vis, ut te amet, sed sum omni perfectione, & amore. Vis, ut mecum sit ardens, ac ferveas. Vis, ut anima mea non sit plena, sed ebria sancto amore; non alienata a terra, sed à terra ad cœlum, à seipsa ad te.

O anima mea, quando venies ad hunc statum? Quando eris extra mundum, extra terram, extra proprium corpus, rota fixa, & concentrata in Deo? Ebrivata & non videt: gustat, & non gustat: loquitur, & non loquitur: quia non est apud te, sed extra te. Sic anima ebria divino amore, non videt, non gustat, non loquitur nisi quando videt, quod est Deus; Soia Divinitatem suam ad agendum.

Et oculus videt lumen, & alia omnia per lumen: anima Deum solum amat, & alia propter Deum.

## CONSIDERATIO XLIII.

AMOR DEI,

*Filiatio DEI.*

**O**Mira vis amoris divini! ama Deum, & eris Filius Dei: quia Amor trahit Gratiam, Gratia naturam divinam, in qua fundatur Filiatio Dei: Filius alicujus, aliud non est, quam communi



in suanatura. O dignitas infinita divini amoris !  
 ac proinde etiam hæredem omnium  
 in saeculorum.  
 In mundo esset hæc potestas, & concessio, ut aman-  
 tum quem Regem, quis efficere posset ejus filius, quis  
 non velit amare? Hæc potestas, quæ in amore hu-  
 mano non est, in divino est. *Dedit eis potestatem filios Dei*  
 (Joan. 1.) fieri inquam, Deum an ando: & quanto  
 magis crescit amor, tanto magis crescit & filiatio, & cum  
 hæreditas majorum bonorum.

O nobilissimos titulos hominis Christiani, Amantis,  
 Hæredis; pro quibus utiq; spernere debetur omnes  
 honores, quantumvis honoratos, ac speciosos in  
 mundo.

CONSIDERATIO  
 XLIV.

AMOR DEI,

*Fraternitas Christi.*

*Heredes DEI, coheredes autem Christi. (Rom. 8.)*  
 Quia fratres Christi sumus, filij ejusdem Dei Patris.  
 Christus est filius primogenitus, nos secundò geniti:  
 Christus est filius per naturam, nos per adoptionem;  
 Christus est filius per unionem cum Deo, nos per unio-  
 nem cum Christo. Quia dum unimur Christo per Cari-  
 tatem, ut palmites cum vite, participamus eundem  
 spiritum Christi, qui est Divinitas. Hæc enim, tanquam  
 una universalis, & assistens animat, & regit omnes  
 creaturas Dei, naturalem & adoptivos, Christum & nos.  
 Hæc merità, dicebat Apostolus; *Vos estis Christi,*  
*Christus autem Dei. (1 Cor. 3.)* Vps estis opus Christi,  
 estis filij per Christum; & Christus secundum humani-  
 tatem est opus Dei, ut S. Thomas docet, & filius imme-  
 diate per Deum. Igitur anima mea debes amare Deum  
 per Christum: Deum, ut principium sine principio; Chri-  
 stum, ut principium de principio; Deum, ut Patrem  
 & Christum, ut fratrem, & Patrem.

C ; O Deus





O Deus meus, ego filius tuus, Velle amare te  
 quantum debeo, cum sim filius tuus. O Deus  
 IESU, ego frater tuus, per te venio ad Patrem. Velle  
 te sequi te, ut viam; credere, ut veritatem; amare  
 ut vitam.

## CONSIDERATIO XLV.

AMOR DEI,

*Languor Anima.*

Quando anima accensa ardenti desiderio  
 Deum, est quodammodo impatiens, utitur  
 motu inter creaturas, consumptis spiritibus, & sensibus  
 vis viribus corporis per vim amoris, deficit ad deum  
 mundi, ac sentit in seipsa deliquium amoris, & dicitur  
 quendam languorem, qualem sentiebat anima illa  
 diceret, *Amore languo*, deficio pro amore.

Amore languo, quia flagro amore, & crebro  
 guoris est ardor. Quia ardeo & comburo desiderio  
 videndi Deum, non possum diutius vivere in mundo  
 sentio poenam in vita, quia desidero mori. Quia  
 derium divinum, deice vires corporis, roboratque  
 vires animae!

Quid cogitas anima mea? Novisti hanc vocem  
 Ecce signum perfecti amoris, languere & mori  
 sicere mundo, terra, creaturis; & desiderare, suspirare  
 anhelare, caelum ac Deum. O beatum languorem  
 & dulce mori! Amor languens, Amor  
 ardens!





CONSIDERATIO  
XLVI.

AMOR DEI,

*Amor excedens.*

Vox amantis, & ardentis amantis est. amore lingua.  
 sed superat ista, amore morior. O violentia amoris,  
 quae nos tuum fecis, sed etiam occidis!  
 Ad Christum, quid dicat. Et quid dicit? Vide  
 in Cruce: Sile, & ausculta. O verbum amoris,  
 quae omnem adamantem confringat! Morior. Et quis  
 moritur vitam? Et quomodo morieris, Bonum meum?  
 pro occidit? Amor: amore morior.  
 Quae intelligo te mori, sed dic mihi, pro quo? Expecta,  
 Domine, plus non volo: timeo ne respondeas mihi,  
 pro anima, & cor mihi simul transfigat. Quare mo-  
 rior? O mi Amor? Ego ipse dicam: morieris amore  
 pro aeterni. Verè: atque hoc decebat obedientem  
 filium Dei Patris. Acquiesco, satisfactum est mihi,  
 quod sciam, pro quo moriaris. Moritur Deus pro Deo;  
 quod timeo audire, & quod cum cogito, extra  
 me est, quod Christus moriatur pro me. Verum est,  
 respondet JESUS, ego morior pro te, & pro tua salute,  
 ut te cum in gloriam Patris mei perducam. Quis est,  
 qui moritur? & pro quo moritur? quis pro quo?  
 Deus pro me. Quis es tu, Deus meus?  
 & quis sum ego?



LIBER